GERHOHUS REICHERSBERGENSIS
Admont (?), 1166-1169 Seite 202r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26928
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cuiusq; tamdiu est in ecclesia tolerandum donec aut accu
satorem inueniat. aut priuatam opinionem pertinaci a
nimositate defendat. Pertinacem uero dicunt animosi
tatem quam de malis opinabiliter uulgatis nulla offertur
negatio. tamquam debeat sine questione haberi pro iusto. quicquid
collaudatum fuit a domino PP. Adriano. eo quod romanus
pontifex nullius hominum iudicio subiaceat. Id
quod nos uerum fatemur. uel de his causis agitur. que tangunt eius
personam uel officium. Sed uel de agris limitandis. uel dignitatibus
huius mundi secularitur ordinandis agitur. alienum est a
romano uel quocumque pontifice de talibus ita uelle iudi
care. ut eius iudicio nemini liceat contradicere quoniam si in
talibus eius iudicio aliquis grauatur. contra legem sancti euangelii et
contra leges et seculares. iuste quod contra leges presumptum est per le cognoscitur.
ges dissolui meretur. et si a romano pontifice per sur
reptionem fuit aliquid actum quod iustis legibus contrarium
deprehenditur. Unde ne de romani pontificis iudicio nos
temere iudicare iudicemur. de simili causa romani
pontificis audiamus iudicium. Dicit enim Leo .iiii. Lu
dwico aug. Hos si incopetenter aliquid egimus et in sub
ditis iuste legis terminum non conseruauimus uero ac missos